

XVI.

P. P. VERGERIO A FRANCESCO NOVELLO DA CARRARA ^(a) (1).

[B, c. 7 B; C, c. 226; Ra, c. 21 B; T, c. 49; MUR. XVI, c. 228 E].

5 **M**AGNA est felicitas temporum, cum principes ea studia sequuntur
 que et dignitati sue maxime conveniunt et utilitati subditorum
 sunt accommodatissima. nam qui eorum aut voluptatibus intendunt
 aut avaritie student, que sunt nunc studia fere principum omnium,
 quo pacto possunt aut cum laude dignitatem suam tueri aut priva-
 10 torum utilitati recte consulere? aut enim luxu perdit se suamque
 famam negligunt, aut adducti cupiditate iniuste alienam substantiam
 diripiunt. unum est autem preclarissimum sapientie studium quod
 principes maxime proprieque deceat, unde et virtutum cultus na-
 scitur et peritia rerum habetur cognitione dignissimarum. hinc
 namque et iustitie administratio ^(b) et continentie modus et omnium
 15 bonarum artium precepta rationesque ^(c) proficiscuntur, ex quibus
 rebus principibus quidem gloria, populis autem queritur salus. ea ^(d)
 cum per se semper speciosa sint, tum maxime ^(e) nostris temporibus
 speciosiora videri debent, quo sunt rariora apud eos hec studia.
 te enim, ne dicam solum unum, certe ex paucis, optimis his mu-
 20 neribus fungi constat. que cum antea ex fama sola cognovissem,
 que clarissima nomen tuum late circumfert, nuper tamen, ut diu
 michi fuerat in votis, etiam presens sum contemplatus; et ipsam
 famam tuam, que maxima est, deprehendi tua virtute minorem ^(f),
 cum et meam fidem facile perspexisti ^(g). omnia autem, cum in

Bologna,
estate 1389(?)Ammira in lui
quelle virtù d'ani-
mo e di governo,che sono tanto ra-
re nei principi di
quell'età;e che egli fu lieto
di verificar di pre-
senza dopo di aver-
le intese decantare
dalla fama.

(a) B P. P. V. Francisco Iuniori de Carraria C P. P. Vergerius S. D. Francisco Iuniori de Carraria Ra Petri Pauli Vergerii Iustinopolitani ad Franciscum Iuniorem de Carraria (b) B Ra namque administratio (c) Mur. rationisque (d) Mur. haec (e) Mur. cum maxime (f) C T om. minorem Mur. minorem. omnia (g) B Ra om. et ipsam-perspexisti

(1) Alla fine dell'aprile 1389, dopo le avventure descritte nella *Cronaca Carrarese* dei GATARI in *Rer. Ital. Script.* 2, XVII, 1, p. 358-412, Francesco Novello da Carrara arrivò a Firenze e nel luglio seguente visitò Bologna (E. PASTORELLO, *Nuove ricer-*

che sulla storia di Padova e dei Principi da Carrara al tempo di Gian Galeazzo Visconti, Padova, 1809, p. 67-8). Non è da escludersi quindi che la data recata dal cod. Ra sia la vera, quantunque incerto rimanga se il V. scrisse o no la lettera da Bologna.